

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

II.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)



De
Statu Damnatorum,
Quod actiones ipsorum malas concernit,
Disquisitio.



I. Difficilis est quæstio & inter Theologos Doctores non tam animorum contentione, quam argumentorum momenti agitata: quis & qualis damnatorum quondam in inferno status futurus sit, quod sive actiones eorundem sive passiones concernit? Et ut de passionibus, de quibus multorum luculentissima opera publicè extant, nunc nihil dicamus, an & quid acturi sint locorum infernalium cives? An damnati olim in inferno sint peccaturi, & quod præcipuè inquiritur, DEum blasphematuri? Nam ab hac quæstione cœteræ ferè dependent.

II. Videas enim in sententiarum divortia abire, cum veteris Ecclesiæ Patres, tum recentioris ævi auctores. Non injucundum fore arbitror, si quosdam, ut institutum nostrum patietur, suomet ore loquentes audiamus.

III. Johannes Chrysoströmus, Novæ Romæ Episcopus, vir verè sui nominis, Homiliâ de Adorat. Cruc. Tom. I. Opp. Ed. Basil. p. 888. ubi infernalialia mala quasi in compendio enumerat, ita loquitur: *Liberabere tum & à gehennâ & à verme, qui venenum jacula-*

A

tur